Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



127

concludi · uerbi gratia · utquae de aegypto dic
tasunt · alio adque alio tempore · uno lectionis
ordine cognoscantur; cum haec dixerimus:
man & nihilo minus quaestio · cur in hoc eodem
loco primum factus sit sermo dni ad pharaonem
anno undecimo & post ea uicesimo septimo ·
& deinceps anno decimo · cum utique iuxta
ordinem primum decimus · secundo undecimus:
tertio uicesimus septimus annus singulis pro
phetis debuerint praenotari; ad quod illud
possumus respondere · o profundum diuitia
rum & sapientiae & scientiae dei quam in
scrutabilia iudicia eius · & inuestigabiles
uiae eius; & in alio loco · ab ysum & sapientiam
quis inuestigabit · possumus autem hoc dicere ·
quod & in prophetis nequaquam historiae
ordo seruatur · dumtaxat non in omnib; ·
sed in quibusdam locis; neque enim nar
rant praeterita · sed futura praenuntiant ·
prout uoluntas spiritus sci fuerit; In histo
ria uero ut sunt moysi quinque libri · & hie
sus & iudic um uolumina · ruth quoque
& esther · samuhel · & malachim · paralipo